



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1838

VIII. Johann Gans giebt dem Kloster statt des Vermächtnisses seines Vaters in Losenrade die Kirche in Brehne im J. 1275.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54294](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54294)

memorata bona singula contulimus perpetuo possidenda, ea resignantes ad usus ipsius cenobii ecclesiastice libertati. Ut autem hoc rationabile factum nostrum, Vasallorum nostrorum consensu pariter et assensu ordinatum, perpetuam habeat firmitatem, et ne possit a nostris successoribus immutari, presens scriptum sigillorum nostrorum munimine duximus roborandum. Testes hujus sunt Clerici, Hermannus decanus et Conradus Custos ecclesie Gustroviensis etc. — Acta sunt hec anno Domini incarnationis 1274. Datum de manu Godefredi, Prepositi Gustroviensis, in Gustrow, Idus Aprilis.

Nach einer alten Copie.

VIII. Johann Gans gibt dem Kloster statt des Vermächtnisses seines Vaters in Losenrade die Kirche in Brehne im J. 1275.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis amen. Ego Johannes ghans de Wittenberghe omnibus hoc scriptum inspecturis salutem in uero salutari. Geste rei noticia propagatur in posteros, cum uenit auctoritas et robor firmum a testimonio litterarum. Nouerint tam presentes, quam futuri, quod inspirante diuina gracia quatuor choros siliginis in losenrodhe, quos genitor noster ecclesie in stepeniz sancte Marie pro remedio anime sue contulerat moriturns, quos eidem ecclesie detentos hucusque subtraxeramus, set nunc bona uoluntate at pia deuotione ecclesie memorate gratulanter pro dictis bonis ecclesiam in verene cum omni eius proprietate assignauimus perpetue possidendam. Vt autem res ista stabilis et integra permaneat, presentem paginam sigilli nostri impressione roborauimus, adhibitis testibus, quorum nomina sunt, dominus Johannes, dictus ghans de Wittenberghe et domina mechtildis, sua vxor, dominus Otto ghans de perleberghe et ghertrudis, sua vxor, dominus bertoldus de quitfow, dominus teodoricus de bardefwlet, dominus Reynekinus de Karstede, Prepositus henricus, dihturgis abbatissa, Ermegardis, soror domini Johannis ghans, domina yda. Datum in putlist, Anno domini M^o cc^o LXX.V^o, VI Idus marcii.

Nach dem Original, woran die Siegel fehlen.

Num. Ungenau und mit falscher Jahreszahl ist diese Urkunde bereits bei Buchholz (Gesch. der Churm. Th. IV., Urk. Anh. S. 97. 98.) zu finden gewesen.

IX. Der Markgraf Albrecht von Brandenburg verspricht die Kirche zu Stepniz und deren Besitzungen gleich wie eigne Besitzungen zu schützen und zu schirmen, im J. 1287.

Nos Albertus, dei gracia Brandenburgensis Marchio, notum facimus vniuersis tenorem presencium inspecturis, quod nos ecclesiam sanctimonialium in Stepeniz cum bonis et rebus suis omnibus in nostram protectionem recepimus et tutalem, volentes cum rebus et bonis ecclesiam supradictam, tanquam bona propria, semper defendere et tueri. Quapropter rogamus vniuersos et singulos, volentes pro nostra facere vel dimittere uoluntate, ut in bonis et rebus non molestent nec impeciant ecclesiam memoratam, sed potius ipsam promoueant in omnibus causa nostri. Datum Meyenboreh, anno domini M^o CC^o LXXXVII, VII^o idus marcij.

Diese Urkunde befindet sich im Original wohl erhalten, doch sehr unleserlich auf einem schmalen Pergamentstreifen geschrieben, ebenfalls im Stiftsarchive. Besiegelt ist sie nicht gewesen.